Constantinus Casimirus Brzostowski DEI et Aplica Sedis Grãa
Episcopus Vilnen. Ssmi Dñi Nri Clementis D.a pa Papæ XI. Prælatus Dome=
sticus Pontificij Solij Assistens, Abbas Clara Tumba &c &c

Admum Rndo Dno Stanislao Piotrowski actu Presbytero Diœcesano Nro, Nobis in Xto Dilecto Salu=
tem in Dno. Ecclesia Parochialis Balbierzyscensis vacans adpræsens, ne in Spiritualibus et
temporalibus rebus aliquam patiatur jacturam, tibi, cujus ad id muneris habilitatem recom=
mendatam habemus, eam comittendam et comendandam esse duximus; Uti quidem committimus
et comendamus in Dei nomine Præsentibus Literis Nris ad decursum (trium Mensium) vali=
turis. Curam animarum, administrationem Spiritualium et regimen temporalium rerum ti=
bi integre committentes. Hortamur te autem salubriter in Dno quatenus in gubernan
da memorata Ecclesia ita te vigilem, laboriosum ac operosum exhibere studeas, ut in di=
stricto judicij die condignam et exactam tui muneris Dno DEO reddere possis et valeas
rationem. In Quorum Fidem &c &c Datum in Arce Nra Vercovien. die 6ta Februarij. aº Dñi 1714

Constantinus Episcopus

Commenda Baluerijensis
Non necessaria qa Personalia
et p morte extincta

V. Cl[illegible]

Aº 1714.
Nov 23.